„ *Pſal.* 75. Diem feſtum agent tibi. *Amos* 5.
„ Projeci feſtivitates veſtras. *Nahum.* 1. Celebra
„ Juda feſtivitates tuas, & redde vota tua. *Num.*
„ 15. Invenerunt hominem colligentem ligna in
„ die

„ die Sabbati : recluſerunt eum in carcerem. Di-
„ xitque Dominus : Morte moriatur. *S. Aug. in*
„ *Pſal.* 44. In domo Dei feſtivitas ſempiterna eſt:
„ chorus Angelorum ; vultus præſens Dei , læ-
„ titia ſine defectu. De illa æterna & perpetua
„ feſtivitate ſonat neſcio quid canorum, & dul-
„ ce auribus cordis : ſed ſi non perſtrepet mun-
„ dus. *Et contra Fauſt. lib.* 33. *c.* 12. Anniver-
„ ſariè in Eccleſia celebrantur, quæ inſigniter
„ excellentia certis diebus facta ſunt, ut eorum
„ neceſſariam , ſalubremque memoriam feſtivitas
„ concelebrata cuſtodiat.

*Filhos :* devem honrar aos Pays. *Exod.* 20.
„ Honora patrem , & matrem , ut ſis longævus.
„ *Et c.* 21. Qui maledixerit Patri ſuo , vel Ma-
„ tri , morte moriatur. *Prov.* 23. Audi Patrem
„ tuum , qui genuit te ; & ne contemnas cum
„ ſenuerit mater tua. *Eccli.* 3. Quam malæ fa-
„ mæ eſt , qui derelinquit patrem : & eſt male-
„ dictus à Deo , qui exaſperat matrem. *Tob.* 4.
„ Honorem habebis matri tuæ : memor , quæ
„ & quanta pericula paſſa ſit propter te. *Epheſ.*
„ 6. Filii obedite parentibus per omnia : hoc
„ enim placitum eſt Domino. *S. Ambroſ. lib.* 8.
„ *in Luc. c.* 7. Honora tuos parentes , quia Dei
„ Filius ſuos honoravit : Erat ſubditus illis : ſi
„ Deus ſervulis , quidni tu parentibus ? Hono-
„ ravit Joſeph & Mariam non naturæ debito ,
„ ſed pietatis officio. *S. Aug. in Pſal.* 70. Præ-
„ ceptum patris ( Jonadab ) filii tenuerunt, & ſer-
„ vaverunt, & ex hoc benedici à Domino merue-
„ runt. In ea ſola re filius non debet obedire pa-
„ tri , ſi aliquid juſſerit contra Deum. Ubi jubet

„ quod

„ quod contra Deum non ſit, ſic audiendus eſt, „ quomodo Deus; quia obedire patri juſſit Deus.

*Fome:* eſterilidade, caſtigo do peccado. *Lev.* 26. „ Conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ, con- „ ſumetur incaſſum labor veſter, nec proferet „ terra germen. *Deut.* 28. Mittet Dominus ſu- „ per te famem, & eſuriem. 2. *Reg.* 21. Facta „ eſt fames in diebus David tribus annis jugiter: „ propter Saul, quia occidit Gabaonitas. *Pſal.* „ 36. (*Juſti*) in diebus famis ſaturabuntur. *Iſai.* „ 5. Nobiles ejus interierunt fame. *Jerem.* 14. „ Fame & peſte conſumam eos. *Joel.* 1. Depo- „ pulata eſt regio, luxit humus: devaſtatum eſt „ triticum. Confuſi ſunt Agricolæ. *Luc.* 15. Fa- „ cta eſt fames valida: ego hic fame pereo. *S.* „ *Aug. in Pſal.* 104. Deus vocavit famem: fames „ & inedia contracta pernicies, fit in eis qui eam „ patiuntur, ut aliquis morbus; & fames ſana- „ tur per alimentum. Fames facta eſt, cum di- „ cta eſt vocata, ut adeſſet, quæ jam fuerat in „ ejus occulta gubernatione diſpoſita.

*Formozura:* boa proporſaõ, e cor dos membros. *Prov.* 3. „ Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. „ *Judith.* 10. Cui Dominus contulit ſplendorem; „ pulchritudinem ampliavit, ut incompatabili de- „ core omnium oculis appareret. *Eſth.* 2. Formoſa „ valde, & incredibili pulchritudine, omnium ocu- „ lis gratioſa, & amabilis videbatur. *Dan.* 13. Spe- „ cies decepit te. *Eccli* 6. Ne circumſpicias ſpeciem „ alienam: proptet ſpeciem mulieris multi perie- „ runt. *S. Aug. de vera Relig. c.* 40. Membra ſi „ modum parilitatis ſervaverint luce coloris ad- „ juncta, corpus formoſum vocatur, & à ſuis

„ dilectoribus amatur acerrimè : non tamen in „ eo plus placet forma quæ movetur, quam vi- „ ta quæ movet. Hoc totum eſt voluptatis re- „ gnum, & ima pulchritudo ; ſubjacet enim cor- „ ruptioni : quod ſi non eſſet, ſumma putare- „ tur.

*Fortaleza* de animo para ſoffrer os trabalhos. „ *Exod.* 15. Fortitudo mea, & laus mea Domi- „ nus. *Judic.*6. In fortitudine tua liberabis Iſrael. „ 2. *Reg.* 2. Confortentur manus veſtræ, & eſto- „ te filii fortitudinis. *Prov.* 8. Mea eſt fortitudo. „ *Et c.* 31. Fortitudo, & decor indumentum „ ejus. *Iſai.* 11. Spiritus conſilii, & fortitudinis. „ *Act.* 6. Plenus gratia, & fortitudine. 2. *Mach.* „ 7. Hortabantur, mori fortiter. *S. Aug. Oper.* „ *imperf. contra Julian. lib.* 1. *c.* 83. Fortitudi- „ nem Gentilium mundana cupiditas, fortitudi- „ nem Chriſtianorum Dei caritas facit ; non per „ voluntatis arbitrium, quod eſt à nobis, ſed „ per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.

*Furto* de couza alheia. *Exod.* 20. „ Non fur- „ tum facies. *Et c.* 22. Si quis furatus fuerit bo- „ vem, aut ovem ; quinque boves pro uno „ reſtituet ; quatuor oves pro una. *Joſue.* 7. A- „ chan tulit aliquid de anathemate : hoc facino- „ re deprehenſus comburetur igni. *Tob.* 2. Vide- „ te ne furtivus ſit, reddite eum Dominis ſuis. „ *Jo.* 12. Judas fur erat. 1. *Cor.* 6. Neque fures „ regnum Dei poſſidebunt. *S. Aug. ſer.* 8. Quod „ contra præceptum ſubducis, de cœlo perdis. „ Nemo habet injuſtum lucrum ſine juſto damno. „ Qui furatur, adquirit veſtem, ſed cœleſti „ judicio amittit fidem. O' ſi poſſent inſpicere

„ agrum

,, agrum cordis ſui, profecto lugerent; maior fa-
,, mes, & periculoſior plaga, & gravior mors
,, (furtum eſt.)

*Gaſtos* ſuperfluos: prodigalidade no veſtido, donativos. *Luc.* 15. ,, Diſſipavit ſubſtantiam vi-
,, vendo luxurioſe. *Et cap.* 16. Induebatur pur-
,, pura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendi-
,, de. 1. *Mach.* 9. Faciunt nuptias cum ambi-
,, tione magna: & ecce tumultus, & apparatus.
,, *Iſai.* 3. Auferet Dominus ornamentum calcea-
,, mentorum; erit pro ſuavi odore fœtor. *Ezech.*
,, 7. Ornamentũ monilium ſuorum in ſuperbiam
,, poſuerunt. 1. *Tim.* 2. Cum verecundia & ſo-
,, brietate ornantes ſe. *S. Aug. in Pſam.* 147.
,, Multa ſuperflua habemus; non niſi neceſſaria
,, teneamus: Nam ſi inania quæramus, nihil
,, ſufficit. Quære quæ ſufficiant, & videbis quam
,, pauca ſint.

*Gloria* de Deos: ha de ſer o fim de todas as obras. *Pſalm.* 28. ,, Afferte Domino glo-
,, riam, & honorem. *Jer.* 13. Date Domino
,, Deo veſtro gloriam. *Habac.* 3. Operuit cœ-
,, los gloria ejus. *Malac.* 2. Ut detis gloriam
,, nomini meo. 1. *Mach.* 15. Glorificabimus te,
,, & gentem tuam, & templum gloria magna,
,, ut manifeſtetur gloria veſtra in univerſa terra.
,, *Luc.* 2. Gloria in altiſſimis Deo. *Jo.* 1. Vi-
,, dimus gloriam ejus, gloram quaſi Unigeniti.
,, *Apoc.* 19. Salus, & gloria noſtra eſt. Exul-
,, temus, & demus gloriam ei. *S. Aug. ſerm.*
,, 380. Gloria Dei, gloria noſtra eſt. Quan-
,, tum dulcius glorificatur Deus, tantum nobis
,, prodeſt. *Et ſerm.* 77. Teſtimonium conſci-

,, entiæ noſtræ ita nobis gloria eſt, quia in illo
,, eſt. Nam ſi ita eſt gloria noſtra, ut nobis
,, placeamus; valde ſtulto homini placet, qui
,, ſibi placet.

*Goſto*: Satisfaçaõ do animo por algum bem prezente. *Iſai.* 61. ,, Gaudens gaudebo in Do-
,, mino. *Jo.* 16. Gaudium veſtrum nemo tol-
,, let: ut gaudium veſtrum ſit plenum. *Phil.* 4.
,, Gaudete in Domino ſemper: iterum dico
,, gaudete. *Eccleſ.* 3. Cognovi, quod non eſſet
,, melius, niſi lætari, & facere bene in vita ſua.
,, *Tob.* 5. Gaudium tibi ſit ſemper. *S. Aug. in*
,, *Pſalm.* 84. Malo ſuo lætabitur in ſe; bono ſuo
,, lætabitur in te. Quando voluit habere gaudium
,, de ſe, invenit planctum in ſe. Totum gaudium
,, noſtrum Deus eſt: qui vult ſecurus gaudere,
,, in illo gaudeat, qui non poteſt perire.

*Graça:* que nos faz dignos da gloria eterna. *Prov.* 12. ,, Qui bonus eſt, hauriet gratiam à
,, Domino. *Rom.* 3. Stipendia peccati mors: Gra-
,, tia Dei, vita æterna in Chriſto Jeſu. 1. *Petr.* 5.
,, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam.
,, *Apoc.* 22. Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gra-
,, tis. 2. *Cor.* 2. Sufficit tibi gratia mea. *S. Aug.*
,, *de corrept. & grat. n.* 32. Fit in nobis per hanc
,, Dei gratiam in bono recipiendo, & perſeve-
,, ranter tenendo, non ſolum poſſe quod volumus,
,, verum etiam velle quod poſſumus. *Et contra*
,, *Fortunat. diſp.* 2. Propter gratiam Dei, quæ
,, liberat à lege peccati, & mortis, ad juſtitiam
,, converſi liberamur.

*Gula:* apetite de comer, e beber mais do que convem. *Num.* 11. ,, Adhuc carnes erant
,, in

,, in dentibus eorum ; & ecce furor Domini concitatus in populum, percuſſit eum plaga magna nimis. *Job.* 20. Panis ejus in utero vertetur in fel. *Proverb.* 21. Qui diligit epulas, in egeſtate erit. *Eccli.* 37. In multis eſcis erit infirmitas. *Oſe.* 13. Juxta paſcua ſua adimpleti ſunt : ſaturati ſunt : elevaverunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. *Phil.* 3. Quos ſæpe dicebam, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt. *Rom.* 13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus ; ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum. *Judæ.* Convivantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes. *S. Ambroſ. de Cain & Abel.* Plurimos gula ſua occidit, nullum frugalitas. Innumeris vina nocuerunt, nulli parcimonia. *S. Aug. Confeſſ.* 10. *cap.* 31. Docuiſti me, ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumturus accedam. Cum ſalus ſit cauſa edendi, & bibendi, adjungit ſe periculoſa jucunditas, & plerumque præire conatur, ut ejus cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo ; nec idem modus utriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. His tentationibus quotidie conor reſiſtere, & invoco dexteram tuam ad ſalutem meam.

*Herezia* : erro na fé, com pertinacia. *Deut.* 13. ,, Si ſurrexerit Prophetes, & dixerit : Sequamur Deos alienos : non audies verba illius. Propheta ille, aut fictor ſomniorum interficietur. 1. *Cor.* 11. Audio ſciſſuras eſſe inter vos : nam oportet & hæreſes eſſe. *Tit.* 3. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam

,, cor-

„ correptionem devita. *Matth.* 7. Attendite à fal-
„ ſis prohetis. 1. *Jo.* 2. Ex nobis prodierunt,
„ ſed non erant ex nobis. *Et cap.* 3. Si quis venit
„ ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite
„ recipere in domum, nec ave ei dixeritis. *Ju-*
„ *dæ.* Væ illis, qui in via Cain abierunt. (qui
„ fuit primus hæreticus, Dei providentiam ne-
„ gans.) *S. Aug. contra Donat. de Baptiſm. lib.*
„ 3. *n.* 27. Fiunt hæreſes, & ſchiſmata, cum
„ dicit plebs carnalis, quæ in caritate Dei fun-
„ data non eſt: Ibo poſt amatores meos,
„ cum quibus utique ſive per fidei corruptionem,
„ ſive per elationem ſuperbiæ turpiter fornican-
„ tur. *S. Leo Magn. Epiſt.*93. *cap.* 15. Quamvis
„ ſint in hæreticorum ſcriptis quæ videantur eru-
„ ditionis, & pietatis ſpeciem habere, nunquam
„ tamen vacua ſunt venenis. *S. Greg. Moral. lib.*
„ 5. *cap.* 11. Miſcent recta perverſis, ut oſten-
„ dendo bona, auditores ad ſe pertrahant; & ex-
„ hibendo mala, latenti peſte corrumpant.

*Hipocrizia*: Fingirſe melhor do que he. *Job.*
8. „ Spes Hypocritæ peribit. *Eccli.* 1. Ne fueris
„ hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcan-
„ dalizeris in conſpectu tuo. *Matth.* 23. One-
„ ra gravia, & importabilia imponunt in hume-
„ ros hominum; digito autem ſuo nolunt ea
„ movere. Omnia opera ſua faciunt, ut vide-
„ antur ab hominibus. Væ vobis hypocritæ,
„ duces cæci: ſtuti, & cæci. Similes ſepulchris
„ dealbatis: à foris paretis hominibus juſti; in-
„ tus pleni hypocriſi, & iniquitate: ſerpentes,
„ genimina viperarum. *Pſal.* 11. Labia doloſa in
„ corde locuti ſunt. 1. *Tim.* 4. Diſcedent à fide

„ attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæ„ moniorum, in hypocriſi loquentium menda„ cium. 2. *Tim.* 3. Habentes ſpeciem quidem „ pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et „ hos devita. *S. Aug. de Gen. contra Manich. lib.* „ 2. *cap.* 15. Cum ceciderit ab illa intima, & „ ſecretiſſima luce veritatis, nihil eſt unde velit „ placere ſuperbia, niſi frudulentis ſimulationi„ bus. Hinc & hypocriſis naſcitur, in qua mul„ tum ſibi videntur cordati, qui potuerint falle„ re, & decipere quem voluerint.

*Homem*: creatura racional, capaz de gozar de Deos. *Gen.* 1. „ Faciamus hominem ad ima„ ginem, & ſimilitudinem noſtram, & præ„ ſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & be„ ſtiis, univerſæque terræ. *Sap.* 2. Deus crea„ vit hominem inexterminabilem, ad imagi„ nem ſimilitudinis ſuæ. 1. *Cor.* 15. Primus ho„ mo de terra, terrenus: ſecundus homo de „ cœlo, cœleſtis. Sicut portavimus imaginem ter„ reni, portemus & imaginem cœleſtis. *Iſai.* 40. „ Omnis caro fœnum. *Pſal.* 13. Homo cum in „ honore eſſet non intellexit, comparatus eſt „ jumentis inſipientibus. *S. Aug. de Ordin. lib.* „ 2. *cap.* 11. Homo eſt animal rationale mor„ tale. Genere poſito, vidimus additas duas dif„ ferentias, quibus credo admonendus erat ho„ mo, & quò ſibi redeumdum eſſet, & unde fugien„ dum. Uno verbo à beſtiis, quod rationale; & „ alio à divinis ſeparatur, quod mortale dicitur. „ Illud niſi tenuerit, beſtia erit; hinc niſi ſe a„ verterit, divina non erit.

*Homicidio*: matar ao homem. Exod. 20. *Non*

*occi-*

*occides.* Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Prov. 28. *Qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet.* Oſe. 4. *Sanguis ſanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra.* Matth. 26. *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Apoc. 13. *Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* S. Aug. contra Fauſt. lib. 19. cap. 23. *Quia non intelligebant homicidium niſi peremptionem corporis humani, per quam vita privaretur: aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere deputari.*

*Honra:* exterior reverencia, que ſe faz pela excellencia da peſſoa. Eccli. 37. *Sapiens in populo hæreditabit honorem; & nomen illius erit vivens in æternum.* 1. Reg. 2. *Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me erunt ignobiles.* Malac. 1. *Filius honorat patrem, & ſervus dominum ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* Rom. 12. *Honore invicem prævenientes.* Act. 28. *Multis honoribus nos honoraverunt.* 1. Petr. 2. *Omnes honorate.* S. Aug. contra Secundin. cap. 17. *Honor ſummus, qualem pietas religioſorum exhibet, utique Deo debetur. Qui ergo amat honorem, Deum imitatur. Sed humiles in illo ſe honorari volunt, ſuperbi præ illo.*

*Hoſpitalidade:* receber os peregrinos. *Gen.* 18. „ Abraham cucurrit in occurſum eorum: & „ adoravit, & dixit: Ne tranſeas ſervum tuum. „ *Et c.* 19. Dixit (Lot:) Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri. *Et c.* 24. Laban „ feſtinus egreſſus ad hominem, dixit: Ingre-

„ dere,

,, dere, benedicte Domini: cur foris ſtas? præ-
,, paravi domum. *Iſai.* 58. Egenos, vagosque
,, induc in domum tuam. *Matth.* 25. Hoſpes e-
,, ram, & collegiſtis me. *Hebr.* 13. Hoſpitali-
,, tatem nolite oblivifci, per hanc enim latu-
,, erunt quidam, Angelis hoſpitio receptis. 1.
,, *Petr.* 4. Hoſpitales invicem ſine murmuratio-
,, ne. 3. *Jo.* Fideliter facis quidquid operaris in
,, fratres, & hoc in peregrinos. *S. Aug. ſer.* 111.
,, Agnoſcite hoſpitalitatem; per hanc perventum
,, eſt ad Deum. Suſcipis hoſpitem, cujus tu es
,, comes in via; quia omnes peregrini ſumus.
,, Patria noſtra ſurſum eſt, ibi hoſpites non eri-
,, mus.

*Humildade*: naſce do conhecimento, e amor de Deos, até o deſprezo de ſi. *Gen.* 18. ,, Lo-
,, quar ad Dominum meum, cum ſim pulvis &
,, cinis. *Judic.* 6. Familia mea infima eſt, & ego
,, minimus in domo Patris mei. *Pſal.* 72. Ut ju-
,, mentum factus ſum apud te. *Prov.* 29. Hu-
,, milem ſpiritu ſuſcipit gloria. 2. *Reg.* 6. Ero hu-
,, milis in oculis meis. *Matth.* 11. Diſcite à me,
,, quia mitis ſum, & humilis corde. *Act.* 5. Gau-
,, dentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine
,, Jeſu contumeliam pati. 1. *Cor.* 4. Nos ſtulti
,, propter Chriſtum. 1. *Petr.* 5. Deus ſuperbis
,, reſiſtit, humilibus dat gratiam. Humiliamini
,, ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet. *S. Aug.*
,, *in Pſal.* 93. Humilitas Chriſti ſuperbis diſpli-
,, cet: tibi Chriſtiano ſi placet imitare: Si imi-
,, tatus fueris, non laborabis; quia ipſe dixit:
,, Venite ad me omnes qui laboratis. *S. Cyprian.*
,, *de Nativ. Chriſt.* Fundamentum ſanctitatis
,, ſem-

,, ſemper fuit humilitas, nec in cœlo ſtare potuit ,, ſuperba ſublimitas, hanc primam gratiam ingrediens in mundum noſter Parvulus attulit. ,, *S. Baſil. or.* 28. Quanto faſtum comprimis, ,, tanto gratiam attrahis; modus amplificandæ ,, gratiæ eſt vis humilitatis. *S. Hilar. in Pſal.* ,, 118. *v.* 107. Cum Domino opum contemptus ,, opulentia eſt; cum Domino terreni honoris ,, deſpectus cœlorum regnum eſt; cum Domino ,, humilitas cordis generoſæ & regiæ nativitatis ,, ornatus eſt. Hoc à ſe diſci voluit, quod virtutum omnium maximum eſt. *S. Bernard. ſer.* 2. ,, *in cap jejun.* Nihil facilius eſt volenti, quam ,, humiliare ſeipſum.

*Jactancia:* Louvar-ſe vammente. *Prov.* 27. ,, Laudet te alienus, & non os tuum. *Et c.* 29. ,, Qui ſe jactat, & dilatat, jurgia concitat. 1. ,, *Reg.* 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia ,, gloriantes. *Jer.* 48. Audivimus ſuperbiam ,, Moab; ſuperbus eſt valde: ſublimitatem ejus, ,, & arrogantiam, & ſuperbiam, & altitudinem ,, cordis. Ego ſcio jactantiam ejus: & quod non ,, ſit juxta eam virtus ejus. *Tob.* 4. Superbiam in ,, tuo ſermone numquam dominari permittas. ,, 2. *Cor.* 10. Non audemus comparare nos quibusdam, qui ſ. ipſos commendant. Non enim ,, qui ſe ipſum commendat ille probatus eſt, ſed ,, quem Deus commendat. *S. Aug. de Ordin. lib.* ,, 1. *c.* 10. Æmulationis tabificæ, atque inanis ,, jactantiæ ultimam, ſed nocentiorem ceteris ,, omnibus peſtem introducere, ac proſeminare ,, conamini: & fortaſſe quia vos ab iſta vanitate, ,, morboque deterreo, pigriores eritis ad ſtudia

,, doctri-

„ doctrinæ, & ab ardore ventoſæ famæ repercuſ-
„ ſi, in torporem inertiæ congelabitis.

*Idolatria* : culto devido a Deos, dado á creatura. *Exod.* 20. „ Non habebis Deos alienos co-
„ ram me. *Lev.* 19. Nolite converti ad idola,
„ nec Deos conflatiles facietis. Ego Dominus.
„ *Pſal.* 80. Non erit in te Deus recens, neque
„ adorabis Deum alienum. *Iſai.* 42. Confundan-
„ tur confuſione qui confidunt in ſculptili, qui
„ dicunt conflatili: Vos dii noſtri. 1. *Jo.* 5. Cu-
„ ſtodite vos à ſimulacris. *Sap.* 14. Initium for-
„ nicationis eſt exquiſitio idolorum, & adinven-
„ tio illorum corruptio vitæ. *S. Aug. in Pſal.* 149.
„ Qualis homo es, qui idola colis? dimiſiſti eum
„ à quo factus es, & adoras quod feciſti? Meli-
„ or eſt faber, quam quod fabricat faber. Si fa-
„ brum adorare erubeſcis, quod faber fecit non
„ erubeſcis? *Sybilla, apud Lactant. Divinar.*
„ *inſtitut. lib.* 1. *c.* 25. Ad quid dona inania
„ mortuis ponis? Immolas idolis: quis tibi in
„ mentem dolorem impoſuit, ut hæc perficias,
„ magni Dei ore relicto? *Idolatria de Labaõ:*
„ Gen. 31. *Egipcios:* Jerem. 43. *Iſraelitas, e*
„ *Aaraõ:* Exod. 32. Jer. 2. & 2. Par. 28. &c.

*Jejum:* unica comida: abſtinencia de carne. *Luc.* 21. „ Ne graventur corda veſtra in cra-
„ pula, & ebrietate, & curis hujus vitæ. *Joel.* 2.
„ Convertimini ad me in toto corde veſtro, in
„ jejunio, & in fletu. Sanctificate jejunium. *Tob.*
„ 12. Bona eſt oratio cum jejunio. *Matth.* 6.
„ Cum jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ tri-
„ ſtes. 2. *Cor.* 11. In jejuniis multis. 1. *Reg.* 14.
„ Adjuravit Saul populum dicens: Maledictus

„ vir,

„ vir, qui comederit panem uſque ad veſperam.
„ 2. *Par.* 20. Joſaphat timore perterritus totum
„ ſe contulit ad rogandum Dominum, & prædi-
„ cavit jejunium univerſo Juda. *S. Cyprian. de*
„ *jejun.* Quotquot viros virtutum videmus, ſine
„ jejunio non legimus aſcendiſſe. Jejunium An-
„ gelos ex hominibus facit. *S. Baſil. hom. de laud.*
„ *jejun.* Cave, ne utilitatem jejunii ſolum eſca-
„ rum abſtinentia metiaris; verum enim jeju-
„ nium eſt, ab omnibus vitiis eſſe alienum.
„ *S. Aug. ſer.* 207. Jejunemus humiliantes ani-
„ mas noſtras: parcimonia jejuniis conjungatur.
„ Sicut ventris caſtiganda ſaturitas, ita gulæ irri-
„ tamenta cavenda ſunt: carnalis delectatio re-
„ frænanda. „ Jejuou Moyſes 40. dias: *Exod.* 24.
& *c.* 34. Jejuaraõ com lagrimas os Iſraelitas, *Ju-
dic.* 20. & 1. *Reg.* 7. Os Galaaditas, 1. *Reg.* 31.
David, 2. *Reg.* 3. & 12. Eſdras, e o povo, 1.
*Eſdr.* 8. Nehemias, 2. *Eſdr.* 1. Os Judeos,
*Eſth.* 4. *Jerem.* 36. *Daniel. c.* 10. *&c.*

*Ignorancia* do que ſe pode, e deve ſaber, he peccado, e cauſa de peccados. *Pſal.* 35. „ No-
„ luit intelligere, ut bene ageret. *Iſai.* 56.
„ Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem:
„ ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam. *Sap.*
„ 10. Sapientiam prætereuntes, non tantum in
„ hoc lapſi ſunt, ut ignorarent bona, ſed & inſi-
„ pientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam,
„ ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuiſ-
„ ſent. *Levit.* 4. Si peccaverit per ignorantiam,
„ ut faciat quidquam de his quæ lege Domini
„ prohibentur, offeret pro peccato. 1. *Petr.* 2.
„ Benefacientes obmuteſcere faciatis impruden-
„ tium

„ tium hominum ignorantiam. *S. Aug. de peccator. merit. & remiſſ. lib.* 2. *c.* 17. Ignorantia & „ infirmitas vitia ſunt quæ impediunt voluntatem, „ ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel „ ab opere malo abſtinendum. *Et contra Pelag.* „ *lib.* 6. *c.* 16. Per ignorantiæ malum ſtultitiæ „ erant. Ignorantia minuitur veritate magis ma„ giſque lucente.

*Igreja*: multidaõ dos fieis. Num. 19. *Siquis non fuerit expiatus, peribit de medio Eccleſiæ, quia ſanctuarium Domini polluit.* Pſal. 21. *In medio Eccleſiæ laudabo te. Apud te laus mea in Eccleſia magna.* 1. Mach. 5. *Convenit Eccleſia magna cogitare quid facerent fratribus ſuis, qui in tribulatione erant.* Matth. 16. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Act. 16. *Eccleſiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.* 1. Timot. 3. *Ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis.* S. Aug. de utilit. credend. c. 17. *Eccleſia ab Apoſtolica Sede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circum-latrantibus; & partim plebis ipſius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim miraculorum majeſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit.* Et in Pſal. 137. *Eccleſia deorſum in omnibus fidelibus, Eccleſia ſurſum in omnibus Angelis. Deſcendit ad Eccleſiam deorſum Dominus Angelorum: deſcendit ad hominem, mortuus eſt pro homine.* He a Igreja corpo miſtico de Chriſto. *Cant.* 4. *Epheſ.* 1. & 4. Huma, viſivel, figurada na arca de Noé, 1. *Petr.* 3. Na Cidade ſanta de Jeruſalem, *Apoc.* 21. Horto concluzo, fonte ſignata, *Cant.* 4. Huma pom-

pomba, *Cant.* 6. Vinha, *Pſal.* 79. *Iſai.* 5. *Matth.* 20. Náo, *Luc.* 5. *Matth.* 13. Campo, Reyno dos Ceos, *Matth.* 13 Toma-ſe pela Igreja, lugar em que os fieis ſe juntaõ; *Deut.* 23. 1. *Cor.* 11. & 14. Por alguma Cidade, ou Provincia; 3. *Reg.* 8. *Act.* 9. Pelos Prelados; *Matth.* 18. Deos a protege; *Exod.* 13. *Lev.* 26. *Pſal.* 90. & 131. *Iſai.* 43. *Jo.* 14. &c.

*Imagens* do Senhor, da Senhora, e dos Santos, devem ſer veneradas na Igreja. *Exod.* 25. ,, Duos Cherubim aureos, & productiles facies, ,, ex utraque parte oraculi. 3. *Reg.* 6. Parietes ,, Templi ſculpſit, & fecit in eis Cherubim, & pal- ,, mas, & picturas varias. *Judith.* 6. Reſpice ad ,, noſtram humilitatem, & faciem ſanctorum ,, tuorum attende. *Job.* 42. Job ſervus meus ora- ,, bit pro vobis, faciem ejus ſuſcipiam. *S. Aug.* ,, *ſer.* 90. Veritas quæritur in Dei imagine, non ,, vanitas. Amando veritatem imago illa, ad quam ,, creati ſumus, reſculpatur, & proprius nūmus ,, Cæſari noſtro reddatur. *Concil. Nycæn.* 2. *Ge-* ,, *neral.* 7. His qui non ſalutant ſanctas ac vene- ,, rabiles iconas, anathema. Porro has pretioſas, ,, & venerabiles iconas honoramus, & ſalutamus: ,, ſanctorum virorum figuras, & effigies, utpote ,, per picturam ſuam in recordationem & memo- ,, riam adducere nos valentes, & ad principale ,, attrahere.

*Impaciencia*, faz maior, e inutil o trabalho. *Prov.* 14. ,, Impatiens operabitur ſtultitiam. ,, *Eccli.* 2. Væ iis, qui perdiderunt ſuſtinenti- ,, am, & diverterunt in vias pravas. *Judith.* 8. ,, Qui impatientiam ſuam contra Dominum pro-

,, tule-

„ tulerunt, exterminati ſunt. 2. *Mach.* 9. Cum „ ne ipſe jam fœtorem ſuum ferre poſſet::: ora„ bat hic ſceleſtus Deum, à quo non eſſet miſe„ ricordiam conſecuturus. *S. Aug. de Patient. c.* „ 2. Impatientes, dum mala pati nolunt, non „ efficiunt ut à malis eruantur, ſed ut mala gra„ viora patiantur. Quæ peiora evadunt, quibus „ per impatientiam merguntur.

*Impenitencia:* peccado contra o Eſpirito Santo. *Rom.* 2. „ Secundum duritiam tuam, & im„ pœnitens cor, theſaurizas tibi iram. *Prov.* 1. „ Quia vocavi, & renuiſtis::: increpationes meas „ neglexiſtis; ego quoque in interitu veſtro ri„ debo, & ſubſanabo. *Eccli.* 5. Non tardes con„ verti ad Dominum, & ne differas de die in di„ em; ſubito enim veniet ira illius. *Act.* 7. „ Dura cervice, & incircumciſis cordibus, vos „ ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut patres „ veſtri, ita & vos. *Pſal.* 128. Prolongaverunt „ iniquitatem ſuam. *S. Aug. ſer.* 71. Reus impæ„ nitentiæ contra Spiritum, in quo unitas, & ſo„ cietas communionis congregatur Eccleſiæ, „ nunquam illi remittitur: quia hoc ſibi clauſit, „ ubi remittitur.

*Impiedade:* toma ſe por todo o peccado, principalmente contra o culto de Deos. Impios ſaõ os que nella cahem. 1. Reg. 24. *Ab impiis egredietur impietas.* Lev. 16. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum; ne involvamini in peccatis eorum.* Job 8. *Tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.* Pſal. 36. *Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani; & tranſivi, & ecce non erat. Injuſti diſperibunt ſimul, reliquiæ impiorum*

*rum interibunt.* Prov. 10. *Os impiorum operit iniquitatem. Fructus impii ad peccatum. Spes impiorum peribit.* S. Aug. in Pſal. 50. *Si peccatum David impietati deputatur, non de ſe deſperent impii, quia pepercit Deus impio; ſed ſi ad eum convertantur, ſi vias ipſius diſcant: Si autem impietati non deputatur, ſed propriè impietas dicitur apoſtatare, unum Deum non colere, aut quem colebat dimiſiſſe, ad cumulum valet quod ait, Et impii ad te convertentur. Ita plenus es adipe miſericordiæ, ut ad te converſis, non ſolum quibuslibet peccatoribus, ſed etiam impiis non ſit deſperandum.* Et ſer. 71. *Reus impœnitentiæ contra Spiritum, in quo unitas & ſocietas communionis congregatur Eccleſiæ, nunquam illi remittetur: quia hoc ſibi clauſit, ubi remittitur.* Deve-ſe abnegar a impiedade. *Tit.* 2. Saõ os impios inſtrumentos de Satanás: 2.*Cor.*11. Saõ eſcandalo, *Matth.* 23. Fogo abrazador, *Pſal.* 83. Fumo, *Iſai.* 14. Feno, 2. *Reg.* 19. Leoẽs, *Job.* 4. Lobos, *Jer.* 5. Naõ ſoffrem a palavra de Deos, como Acab, Amaſias, Elymas. Concebem dores, amarguras: ſeo gozo, e felicidade ſe deſvanece, permanece a ignominia, e confuzaõ. Seo fim peſſimo. *Deut.* 32. *Gen.* 7. *Exod.* 14. Saõ malditos, como Joroboaõ, Aman, a caza de Acab, os condenados.

*Inconſtancia*; naõ levar adiante o bem começado. Sap. 4. *Inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum.* Jacob. 1. *Vir duplex animo inconſtans eſt.* Hebr. 13. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Luc. 7. *Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatam?* Job. 4. *Qui ſerviunt ei non ſunt ſtabiles.* S. Aug. de cor-

re-

rept. & grat. c. 7. *Eos juſtè corripimus, qui cum bene viverent, non in eo perſeverarunt. Ex bona quippe in malam vitam ſua voluntate mutati ſunt.*

*Indulgencia:* remiſſaõ da pena que ſe deveria fazer pela culpa. Eccli. 28. *Relinque proximo tuo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata diſſolventur.* Prov. 20. *Ne dicas, reddam malum pro malo: expecta Deum, & liberabit te.* Epheſ. 4. *Cum patientia ſupportantes invicem in caritate, & donantes vobis metipſis, ſiquis adverſus aliquem habet querelam.* 2. Cor. 2. *Cui aliquid donaſtis, & ego: nam & ego quod donavi, ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti.* Matth. 5. *Vade reconciliari fratri tuo.* S. Aug. de fide & oper. c. 22. *Hoc prodeſt in Deum recta fide credere, ut & bene vivendo ab illo ſit nobis auxilium; & ſi peccaverimus, ab illo indulgentiam mereamur: non in factis quæ odit, ſecuri perſeveremus, ſed ab eis recedentes::: Bonum & magnum Dominum habemus qui & velit, atque poſſit pœnitentium peccata ſanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate diſperdere.*

*Inferno:* toma ſe pelo dos condenados, e demonios. Deut. 31. *Abſcondam faciem meam ab eo, & erit in devorationem, invenient eum omnia mala.* Matth. 25. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Iſai. 33. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? aut cum ardoribus ſempiternis?* Jer. 15. *Factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis, renuit curari.* Apoc. 9. *Deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* Job. 10. *Terra miſeriæ, & tenebrarum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* S. Aug. de vera relig.

lig. c. 52. *Cavendi ſunt inferiores inferi, id eſt, poſt hanc vitam pœnæ graviores, ubi nulla poteſt eſſe commemoratio veritatis, quia nulla ratiocinatio. Feſtinemus à ſecunda morte liberari, ubi nemo eſt qui memor Dei ſit, & ab inferno, ubi nemo confitebitur Domino.* S. Gregor. Moral. lib. 9. *Illos gehennæ flamma devorat, à viſione veri luminis cæcat, ut foris eos dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret, quatenus, qui Auctori ſuo corpore & corde deliquerunt, ſimul corde & corpore puniantur.* S. Bernar. ſer. 3. ſuper Salve Regina. *Time gehennam, contremiſce à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferni, à rugientibus præparatis ad eſcam. Time vermem rodentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum; timè tenebras exteriores.* Kempis, de Imit. lib. 3. c. 12. *Ut æterna futura ſupplicia poſſis evadere, mala præſentia ſtudeas pro Deo æquanimiter tolerare.* As penas de dano, carecer da viſta de Deos, e ſenſo em todos os membros, e potencias, ſaõ eternas; porem mais, ou menos intenſas pela gravidade das culpas. Todos padecem trevas: *Matth.* 12. *Iſai.* 32. *Jer.* 13. Choro, e ranger de dentes: S. Cyrillo: *Ingemiſcunt, nec ullus miſeretur; clamant de profundis, & nemo flectitur; lamentantur, & nullus eripit.* Fome, e ſede, Pſal. 58. Apoc. 14. Fedor intoleravel, Iſai. 34. *De cadaveribus eorum aſcendet fætor.* Lugar o mais infame, Job. 10. Companhia de demonios, Matth. 25. Dezeſperaçaõ, eternidade, raiva, odio contra Deos, e contra todas as creaturas.

*Infidelidade:* naõ dar credito ao que Deos diſſe,

diſſe, e a Igreja enſina. Tambem he falta de fé viva, e ſaudavel, viver como ſe naõ ſe creſſe. Gen. 19. *Egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus civitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.* Num. 14. *Qui viderunt ſigna quæ feci, & tentaverunt me jam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua juravi patribus eorum.* Pſal. 77. *In omnibus his peccaverunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus ejus.* Eccli. 2. *Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo, & ideò non proteguntur ab eo.* Matth. 17. *O' generatio incredula & perverſa, uſquequo patiar vos?* Marc. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur.* Jo. 3. *Qui non credit, jam judicatus eſt.* S. Aug. in Pſal. 118. ſer. 3. *Ab iſta via Dñi illa alienat iniquitas, quæ eſt infidelitas. Ergo convertantur, & in eum, qui juſtificat impium, piè credant, atque in illo miſericordiam peccatis dimiſſis, & veritatem completis promiſſis, hoc eſt, univerſas vias Domini inveniant; in quibus ambulantes non operabunt iniquitatem; quia non tenebunt infidelitatem, ſed fidem, quæ per dilectionem operatur.*

*Ingratidaõ* aos beneficios. Gen. 40. *Succedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.* Prov. 17. *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus.* Iſai. 1. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognovit.* Jerem. 2. *Quid invenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongaverunt á me, & vani facti ſunt?* Ezech. 16. *Poſt omnes abominationes tuas non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ. Væ, væ tibi.*

Mich. 6. *Popule meus, quid feci tibi?* Rom. 1. *Cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt.* Luc. 17. *Non eſt inventus qui rediret, & daret gloriam Deo.* S. Aug. ſer. 284. *Præcipitavit hominem arbitrium liberum ingratum::: Si non agnoſco datorem Deum, tollit Deus bonum ſuum, & remanet malum meum per arbitrium meum.*

*Inimigos:* devem-ſe amar. Matth. 5. *Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos.* Rom. 12. *Benedicite perſequentibus vos. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* Exod. 32. *Si videris aſinum odientis te ſub onere, non pertranſibis, ſed ſublevabis cum illo.* Lev. 19. *Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum.* Prov. 24. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas in ruina ejus.* 1. Jo. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* S. Aug. in Pſal. 102. *Extendite dilectionem uſque ad inimicos, ſecuri eſtote. Benefaciendo adverſariis, honorem defers Chriſto.* Deraõ exemplo de amor aos inimigos: Chriſto na Cruz. S. Eſtevaõ apedrejado. Os Apoſtolos. Jozé vendido, e recebendo ſeos irmãos. David amaldiçoado por Semei.

*Inocencia:* cada hum defenda a ſua, naõ dando ocaziaõ a más ſuſpeitas. Jud. 22. *Abſit à nobis hoc ſcelus.* Tomaſe pela pureza de conſciencia ſincera. Pſal. 24. *Innocentes, & recti adhæſerunt mihi.* Job. 2. *Adhuc retinens innocentiam.* 1. Petr. 2. *Sicut modo geniti infantes lac concupiſcite.* Prov. 13. *Juſtitia cuſtodit innocentis viam.* S. Aug. ſer. 353. *Agite ſanctæ inſtar infantiæ, deponite malitiam, dolum, adulationem, invidiam, & detractionem. Hanc innocentiam ſic te-*

*tenere debetis, ut eam creſcendo non amittatis.*

*Intençaõ* pura; fazer tudo para gloria de Deos. Matth. 6. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Rom. 11. *Si radix ſancta, & rami.* Cant. 8. *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum.* Jo. 4. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui miſit me.* 1. Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* S. Aug. de ſer. Dñi in monte, lib. 2. c. 13. *Non ergo quid quiſque faciat, ſed quo animo faciat conſiderandum eſt. Hoc eſt enim lumen in nobis, quia hoc nobis manifeſtum eſt, bono animo nos facere quod facimus.*

*Inveja*: deſgoſto do bem alheio: odio da felicidade alheia. *Sap.* 2. „ Invidiâ diaboli mors „ introivit in orbem terrarum. *Prov.* 23. Ne „ comedas cum homine invido. *Rom.* 1. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum ::: plenos „ invidiæ. *Jacob.* 3. Ubi zelus, & contentio, „ ibi inconſtantia, & omne opus pravum. *Luc.* „ 6. Repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur „ ad invicem, quidnam facerent Jeſu. *Matth.* „ 27. Sciebat enim, quod per invidiam tradiſſent eum. *S. Cyprian. de zelo.* Huic vultus „ minax, torvus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor, ſtridor in dentibus, verba rabida, „ effrænata convitia, manus ad cædis violentiam prompta, etiamſi à gladio interim vacua, „ odio tamen furiatæ mentis armata. *S. Aug. in* „ *Jo. tr.* 32. Tolle invidiam, & tuum eſt quod „ habeo: tollam invidiam, & meum eſt quod „ habes. Livor ſeparat, ſanitas jungit. *S. Gre-* „ *gor. Nyſſ. de vita monaſt.* Invidia mortifer ſti-

„ mu-

,, mulũs, mucro reconditus, naturæ morbus,
,, bilis venenoſa, tabes ſponte adhibita, telum
,, amarum figens animam clavis, flãma cordis,
,, inteſtinorum ignis. Hanc qui habet, non ſuis
,, malis, ſed alienis bonis infelix eſt. Invidus fe-
,, licitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet.
,, *S. Ambroſ. in Luc. lib.* 4. *c.* 4. Fruſtra opem
,, miſericordiæ cœleſtis expectes, ſi alienæ vir-
,, tutis fructibus invideas: aſpernator Dominus
,, invidorum eſt.

*Jogo*: recreaçaõ com exceſſo he cauza de muitos males. *Exod.* 32. ,, Sedit populus man-
,, ducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. *Iſai.*
,, 65. Qui ponitis fortunæ menſam, numerabo
,, vos in gladio. *Jer.* 15. Non ſedi in concilio
,, ludentium: ſolus ſedebam. *Tob.* 3. Nunquam
,, cum ludentibus miſcui me; neque cum his
,, qui in levitate ambulant. *S. Cyprian. de aleat.*
,, Qui aleâ ludis, credere debes, quia non Chri-
,, ſtianum, ſed ethnicum tibi nomen eſt. O'
,, manus crudeles, & ad periculum ſui armatæ,
,, quæ bona paterna, & opes avorum ſudore
,, quæſitas, ignominioſo ſtudio dilapidant! *S.*
,, *Aug. ſer.* 32. *c.* 20. Da mihi hominem de ſæ-
,, culo; petat à Deo divitias, dentur; & vide
,, innumerabiles conſequi laqueos mortis ejus.
,, Opprimit inde pauperem, ſuperbit homo mor-
,, talis ſuper hominem parem ſibi; quærit hono-
,, res ab hominibus vanos; ut autem adipiſca-
,, tur, exhibet illis ludrica nequitiæ, ludrica
,, malæ cupiditatis, ludos, & urſos emit, donat
,, res ſuas beſtiariis, eſuriente Chriſto in pau-
,, peribus. *S. Jo. Chryſ. hom.* 6. *in Matth.* Non
,, Deus

„ Deus dat ut ludamus , ſed diabolus. Audi
„ quid paſſi ſint qui ludebant. Tales erant So-
„ domitæ , tales illi tempore diluvii : ( qui ) ſine
„ ulla cura , vel ſenſu lætabantur , nihil de futu-
„ ris proſpicientes. Ne illa petas à Deo , quæ à
„ diabolo accipis. Si redeamus , & ludamus , ac
„ ſemper ſocordes ſimus , etiam ante conflictum
„ ex propria ſegnitie concidemus.

*Ira* : dezordenado apetite que declina a vingança. Prov. 16. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam.* Job. 5. *Virum ſtultum interfecit iracundia.* Matth. 5. *Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio.* Iſai. 57. *Impii quaſi mare fervent , quod quieſcere non poteſt.* Eccli. 28. *Non iraſcaris proximo.* Epheſ. 4. *Sol non occidat ſuper iracundia veſtra. Omnis amaritudo , ira , & indignatio , & clamor , & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* S. Aug. ſer. 75. c. 4. *Eſt lumen verum juſtitia , atque ſapientia , quod deſinit mens videre , cùm perturbatione iracundiæ fuerit tamquam nubilo ſuperata.* S. Gregor. Moral. lib. 5. c. 30. *Quanta ſit iracundiæ culpa penſemus , per quam dum manſuetudo amittitur , ſupernæ imaginis ſimilitudo vitiatur.* S. Hieronym. in Prov. lib. 4. c. 29. *Janua vitiorum omnium iracundia eſt , qua clauſa virtutibus intrinſecus dabitur quies : aperta vero ad omne facinus armabitur animus.*

*Juramento* : invocar a Deos por teſtemunha. *Iſai.* 65. „ Jurabis : vivit Dominus , in verita-
„ te , & juſtitia , & judicio. *Jer.* 4. Homines
„ per maiorem ſui jurant , & omnis controver-
„ ſiæ eorum finis eſt juramentum. *Gen.* 21. Ju-
„ ra per Deum , ne noceas mihi. Dixit Abra-

„ ham ;

„ ham; ego jurabo. *Num.* 30. Si quis ſe con-
„ ſtrinxerit juramento, quod promiſit, implebit.
„ *Deut.* 10. Deum timebis: jurabiſque in no-
„ mine illius. *S. Aug. in Pſal.* 109. Quid facis
„ cum juras? Teſtaris Deum: hoc eſt jurare,
„ Deum teſtari. „ Jurar falſo he peccado gra-
viſſimo. *Exod.* 20. „ Non aſſumes nomen Dei
„ tui in vanum. *Matth.* 5. Ego dico vobis, non
„ jurare omnino. *Jacob.* 5. Nolite jurare. „ Ain-
da o coſtume de jurar he perniciozíſſimo. *S.
Aug.* in *Pſal.* 109. „ Per conſuetudinem jurandi
„ poteſt lingua in perjurium prolabi: bene pro-
„ hibetur jurare; tanto enim longius erit à per-
„ jurio, quanto erit longe à jurando. *S. Jo.
„ Chryſ. hom.* 11. *in Act.* Non ita pungit enſis,
„ ſicut juramenti natura; non ſic occidit gladi-
„ us, ſicut juramenti plaga. Hanc ad maledi-
„ ctionem volare puta: cohibe, veta, & tuo-
„ rum curam gere ſervorum.

*Juiz*: faz obſervar as leys da ſociedade.
*Deut.* 25. „ Judices quem juſtum eſſe perſpexe-
„ rint, illi jüſtitiæ palmam dabunt. *Sap.* 1. Di-
„ ligite juſtitiam qui judicatis terram. *Eccli.* 7.
„ Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute
„ irrumpere iniquitates. *Iſai.* 1. Omnes diligunt
„ munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non
„ judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad
„ eos. *Mich.* 3. Principes ejus muneribus judi-
„ cabant; & ſacerdotes ejus pretio docebant. *S.
„ Aug. contra Julian. lib.* 2. *n.* 37. Docti, gra-
„ ves, ſancti, in quorum ratione, eruditione,
„ libertate, non potes invenire quod ſpernas.

*Juizo*: potencia, e acto de julgar. Eccli. 11.
*Pri-*

*Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris corripe juſtè.* Prov. 18. *Judicia quaſi vectes urbium.* Deut. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris; venies ad Sacerdotes, qui indicabunt tibi judicii veritatem.* Jo. 7. *Nolite judicare ſecundum faciem, ſed juſtum judicium judicate.* S. Aug. ſer. 49. *Cum judicaveris teipſum ſine adulatione, judica & proximum cum dilectione. Quod videris, judica; quod non videris, Deo dimitte.* Pertence julgar com autoridade publica aos juizes. Deos julga rectamente, ainda permitindo os males da vida. Apoc. 16. *Vera & juſta judicia tua.* Rom. 11. *Incomprehenſibilia ſunt judicia ejus.* S. Aug. de Civit. lib. 20. c. 2. *Etiam in rebus in quibus non apparet divina juſtitia, ſalutaris eſt divina doctrina. Neſcimus quo judicio Dei bonus ille ſit pauper, malus dives: exeat de judicio damnatus innocens, aut iniquitate judicis preſſus, aut falſis obrutus teſtimoniis; è contrario ſceleſtus adverſarius ejus non ſolum impunitus, verum etiam vindicatus inſultet: impius optimè valeat, pius languore tabeſcat: plenus criminibus ſublimetur honoribus, & hominem ſine querela tenebræ ignobilitatis abſcondant. ::: Magis inſcrutabilia fiunt judicia Dei.* Juizo temerario: julgar mal por leves motivos, ou ſuſpeitas. Eccl. 10. *In via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat.* Matth. 5. *Nolite judicare, ut non judicemini.* Rom. 2. *In quo judicas alterum, teipſum condemnas.* S. Aug. ſer. 46. c. 12. *Temerariis judiciis plena ſunt omnia. De quo deſperaverimus, ſubito convertitur, & fit optimus: de quo multum præ-*

*præſumſerimus, ſubito deficit, & fit peſſimus. Quid ſit hodie quiſque, vix novit ipſe; quid autem cras, nec ipſe.* Juizo particular, Deos o faz a cada hum no fim da vida: juizo univerſal de todos no fim do mundo. 2. Cor. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Matth. 26. *Videbitis Filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei.* Act. 10. *Ipse eſt conſtitutus à Deo judex vivorum, & mortuorum.* Sophon. 1. *Juxta eſt dies Domini magnus: Dies iræ, dies ille, dies tribulationis, & anguſtiæ.* S. Aug. in Pſal. 51. *Hodie hortatur te, ne judicet te; & qui judex tuus futurus eſt, ipſe eſt hodie Advocatus tuus.* (V. Dom. 24. depois do Pent. e 1. do Advento.)

*Juſtiça*: dá a cada hum o que lhe convem. Matth. 22. *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.* Eccli. 4. *Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia.* Prov. 14. *Juſtitia elevat gentes, & juſtitia firmatur ſolium.* Deut. 25. *Pondus habebis juſtum & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, ut multo vivas tempore.* S. Aug. in Pſal. 84. *Interroga omnes homines: Vultis pacem? Uno ore tibi reſpondet totum genus humanum: Opto, cupio, volo, amo. Ama & juſtitiam, quia duæ amicæ ſunt juſtitia, & pax. Si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipſa pax, nec veniet ad te.*

*Juſtificaçaõ*: fas do impio juſto, & do juſto mais juſto. Eccli. 18. *Ne verearis uſque ad mortem juſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum.* Ezech. 18. *Juſtitia juſti ſuper eum erit, & impietas impii erit ſuper eum. Si impius egerit pœ-*

*pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, & cuſtodierit omnia præcepta mea; vita vivet.* Matth. 3. *Facite fructum dignum pœnitentiæ.* Rom. 8. *Primitias ſpiritus habentes, intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.* S. Aug. de Spirit. & liter. cap. 10. *Injuſtus legitime lege utitur, ut juſtus fiat; quod cum factus fuerit, ea jam non utitur tamquam vehiculo cum pervenerit.* Et contra Julian. lib. 2. cap. 8. *Juſtificatio in hac vita ſecundum tria iſta confertur: priùs lavacro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata: deinde congreſſione cum vitiis, à quorum reatu abſoluti ſumus: tertiò dum noſtra exauditur oratio.*

*Lagrimas:* ſó ſaõ bem empregadas ſe ſe choraõ as culpas. Jer. 9. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* Pſal. 6. *Lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Luc. 23. *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete.* Joel. 2. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in fletu, & planctu.* S. Aug. in Pſal. 127. *Cum quanta ſuavitate plorat in gemitu, qui orat? Dulciores ſunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. Redis, & plangis ad Deum; quia illi ſuſpiras, antequam videas, & deſiderio ipſius gemis; & quia deſiderio ploras, dulces ſunt & ipſæ lacrymæ, & pro cibo tibi erunt.*

*Leigo:* homem ſecular. Gen. 4. *Fuit Abel paſtor ovium, & Cain agricola.* Exod. 19. *Deſcendit Moyſes ad populum, & ſanctificavit eum.* Judith. 16. *Erat populus jucundus ſecundum faciem ſanctorum.* Matth. 5. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Tob. 2. *Filii*

*ſa-*